

tu à me exspectares si meo loco sta-
res. Quod si à te impetravero, alio-
rum, qui nihil, nisi quod ipsi faciunt,
rectum putant, prævisa jam tela mi-
nus nocebunt. Sed à bonis nihil
mihi mali extimendum erit; pes-
simorum verò hominum, quive
Herofrato similes, cum nihil laude
dignum præstare possint ipsi, in
aliorum conatibus retardandis, tur-
pissimam gloriam quærunt, con-
tumelias, adeò non defugio, ut etiam
æquissimo animo latus sim.
Quemadmodum enim, illa demum
vera laus est, quæ proficitur ab
iis, qui ipsi in laude vivunt; ab ho-
minibus verò, frugi parum, quæ
contingit nobis, non laus, sed sum-
ma vituperatio potius habenda est;
Ita non parvam hic gloriam con-
secutus, dicendus erit, qui à levis-
simo quoque, injustè calumniis la-
cessitus fuerit. Quare si cui lubi-
tum